


Dado mori: videat quo currat quisqz superstes
Luror habet mecum dicere Dado mori.

Dado mori: misero sentencia dura. Beato
Grata mori sequitur vivere Dado mori



Es probus: expirat probitas. honestus: honestas. Si fueris fortis: fortia morte cadunt.

Mors

Dam legate per me restabitis
Potentia vestra nunc fallitur.
Huc nec illic amplius ibitis
Nam vis vestra per mortem rapitur
Homo sepe ex se decipitur
Prospicite quid est nunc agere
Morte autem nemo defraudatur
Velle dei oportet facere.

Legatus

Heu michi qui nuper pergebam
Ut legatus partibus fracie
Mori vero nondum cogitabam
Sed ecce nunc finis leticie
Mors est autem actus tristis
Quius deus scit solus terminus
Insequamur tamen iusticie
Mors sequitur terminos hominum.

Mors

Nobilis dux qui famam habetis
fecisse hic magnum exercitum
Meum statim vos chorebitis
Nichil prodest grande concupitum
Sed obsecro ante hunc epitum
Ostendite vestram audaciam
Demonstrando vestrum omne scitum
Mors rapiet omnem fallaciam.

Dux

Morte enim sum nunc reprehensus
Nec possum me ultra defendere
Sed timeo ne sim reprehensus
Cum deceat tributum reddere
Nichil valet arma ostendere
Nunc attigi diem nouissimum
Et expedit celum contendere
Parum prodest velle grauissimum.

a iii